322.

Markgraf Friedrich (der Ernsthafte) eignet dem Kloster Nimbschen eine Mark jährlicher Einkünfte von dem Dorfe Köhra, welche jenem von Theoderich, genannt Schnabel, unter Vorbehalt des Genusses für seine beiden Töchter während ihrer Lebenszeit geschenkt worden ist.

Leipzig, 1338 Juni 13.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2811. Das wohlerhaltene kleine S. an Pergamentstreifen.
Gedr.: Hasche Magazin 6, 724 f.

Nos Fridericus dei gracia Thûringie lantgravius, Myzsnensis et Orientalis marchio dominusque terre Plyzsnensis recognoscimus —, quod, cum fidelis noster dilectus Theodericus dictus Snabil cum duabus suis filiabus Barbara et Dorothea sanctimonialibus in Nymschen unam marcam redituum in villa Koren districtus Nûwenhouen sitam, quam a Margareta relicta de Sstokheym possidente civissa nostra in Grymmis iusto empcionis titulo comparavit, condonaverit ita condicionaliter, quod huiusmodi bona dictis puellabus consecrandis ad vite sue tempora racione pigwioris sustentacionis debeant deservire: nos ad honorem omnipotentis dei glorioseque genitricis sue virginis Marie, ob salutem dive recordacionis genitorum nostrorum nostrarumque remedium animarum, dictum censum cum omnibus iuribus utilitatibus et honoribus, quibuscum dicta relicta dinoscitur possedisse, recepta litterali resignacione omnium fidelium seu vasallorum nostrorum dictorum de Trybesin, quorum poterat interesse, ad instanciam dicti Theoderici maximeque sui fratris domini Bertoldi plebani de Bûtstete nostri cappellani dilecti donavimus tradimus presentibusque donamus, damus appropriamusque dictis sanctimonialibus in Nymschen sincere nobis devotis iusto proprietatis titulo libere et pacifice perpetuis temporibus possidendum. Ut autem huiusmodi nostra appropriacio roboris sumat firmitatem, presentem litteram nostro sigillo dedimus communitam presentibus et testibus Arnoldo de Hersfeld marschal[c]o nostro, Heinrico de Bÿrkech, Heynemanno Marschalco de Mokerus militibus, Nycolao plebano de Gyten nostro notario, nostris fidelibus dilectis pluribusque aliis fide dignis, Lypczk anno domini M° CCC° XXXVIII° in crastino corporis Christi gloriosi.

323.

Die Bischöfe von Naumburg und Merseburg ertheilen denjenigen, welche an den Bittgängen im Kirchhofe und Kreuzgange des Klosters Nimbschen Theil nehmen und demselben sich mildthätig erweisen, 40 Tage Ablaß.

1338 Aug. 3.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2797. Die beiden kleinen SS. der Bischöfe (dasjenige des Bischofs von Naumburg leicht beschädigt) an Pergamentstreifen.

Wythego dei gracia episcopus ecclesie Nuemburgensis omnibus Christi fidelibus *presentes[a]) visuris salutem in domino. Gratum et pium deo speramus exhibere obsequium —. Omnibus igitur vere penitentibus et confessis, qui in[b]) cimenterio sive ambitu

323. *a)* presentibus. *b)* in *über der Zeile hinzugefügt.*